in eternum Gloria ant As
sumpta est maria in celū gau
dent angeli laudantes benedi
cunt dominum cap̄.
Que est ista que progredi
tur quasi aurora consurgens
pulcra ut luna electa ut sol ter
ribilis ut castrorū acies ordina
ta Deo gr̄as ℣ Dignare me lau
dare te uirgo sacrata da michi
uirtutem contra hostes tuos .
kyrieleison xp̄eleison kyrieleisō
Domine exaudi Et clamor . or̄o
Deus qui uirginalē au
lam beate marie uirginis

in qua habitares eligere digna
tus es da quesumus ut sua nos
defensione munitos iocundos
nos faciat sue interesse comme
morationi Qui uiuis. an̄ Sancti
dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniumque salute V
Letamini in domino et exultate
iusti Et gloriamini omnes recti corde
Exaudi nos deus saluta
ris noster et apostolorum
tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum nos tuere presidiis
quorum donasti fideles esse doc
trinis. Alia oratio
Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubique adiu

uent ut dum eorū merita reco
limus ꝑocinia ſentiamus oĩo
Et pacem tuam noſtris
concede temporibus et ab
eccleſia tua cunctam repelle ne
quitiam iter actus et uolunta
tes noſtras et omnium famu
lorum tuorum in ſalutis tue
proſperitate diſpone benefactori
bus nr̄is ſempiterna bona re
tribue et omnibus fidelibus de
functis requiem eternam con
cede Per dominum noſtrum ihe
ſum xpiſtum filium tuū qui
tecum uiuit et regnat in unita
te ſpiritus ſancti deus per om
nia ſecula ſeculorum Amen .



ad terciam

Deus in adiuto
rium meum in
tende domine
ad adiuuan
dum me festina Gloria patri
Memento salutis auctor
q nr̄i quondam corporis
ex illibata uirgine nascendo for
mā sumpseris Maria mat
gracie mater mīe tu nos ab hos
te protege in hora mortis suscipe
Gloria tibi domine qui nat
es de uirgine cum patre et sancto
spū in sempiterna secula amē
Añt Maria uirgo ps
Ad dominum cum tribu

larer clamaui et exaudiuit me
Domine libera aīam meā a
labijs iniquis et a lingua dolo
sa Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad linguam do
losam Sagitte potentis acu
te cum carbonibus desolatorijs
Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habi
taui cum habitantibus cedar
multum incola fuit aīa mea
Cum hijs qui oderunt pacē
eram pacificus cum loquebar il
lis impugnabant me gratis.
Leuaui oculos meos in
montes unde ueniet
auxiliū michi Auxilium

meum a domino qui fecit celū
et terram Non det in cōmo
tionem pedem tuū neqȝ dormi
tet qui cuſtodit te Ecce nō
dormitabit neqȝ dormiet qui
cuſtodit iſrael Dominus
cuſtodit te dn̄s protectio tua ſu
per manum dexteram tuam
Per diem ſol non uret te ne
qȝ luna per noctem Dn̄s
cuſtodit te ab ōni malo cuſto
diat aīam tuam dominus
Dn̄s cuſtodiat introitum
tuum et exitum tuum ex hoc
nunc et uſqȝ in ſclm̄
Letatus ſum in hijs qȝ
dicta ſunt michi in domum

dnī ibimus Stantes erāt
pedes nostri in atriis tuis iheru
salem Iherusalem q; edifi
catur ut civitas cuius partici
patio eius in idipm̄ Illuc
enī ascenderunt tribus tribus
dnī testimonium israel ad cō
fitendum nomini dnī Quia
illic sederunt sedes in iudicio sedes
super domum david Roga
te que ad pacē sunt ihrlm et ha
bundancia diligentibus te
Fiat pax in virtute tua et
habundantia in turrib; tuis
Propter fratres meos et pro
ximos meos loquebar pacē de te
Propter domum domini dei

noſtri queſum bona tibi Gla
an maria uirgo aſſumpta ē
ad ethereum thalamum in quo
rex regum ſtellato ſedet ſolio . ca
Et ſic in ſyon firmata ſū
et in ciuitate ſctificata ſi
militer requieui et in iheruſalē
poteſtas mea Deo gratias vs
Diffuſa eſt gracia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in
eternum . kyrieleiſon xpiſtel'
kyriel' Domine exaudi Orem'
Deus qui ſalutis eterne
beate marie uirginitate
fecunda humano generi pmia
preſtitiſti tribue queſumus ut
ipſam pro nobis intercedere ſen

tiamus per quam meruimus
auctorem vite suscipere. dominum
nostrum ihesum xpm filium
tuum ant Sancti dei omnes in
tercedere dignemini pro nostra
omniumque salute vs Letamini in
domino et exultate iusti et glo
riamini omnes recti corde Oremus
Protege domine populum
tuum et apostolorum
tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum patrocinio confi
dentem perpetua defensione conserva
Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubique
adiuvent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia sentiamus

Et pacem tuam nostris cō
cede temporibus et ab ec
clesia tua cunctam repelle neq̄
tiam iter actus et voluntates
nr̃as et omnium famulorū
tuorum in salutis tue prosperi
tate dispone benefactoribus nr̃is
sempiterna bona retribue et oī
bus fidelibus defunctis requiem
eternam concede per dominū
nostrum ihesum xpristum fili
um tuum qui tecum uiuit et
regnat in unitate spiritus scī
deus per omnia secula seculo
rum Amen.



Ad nonam.

Deus in adiuto
rium meum ĩ
tende Domine
ad adiuuan
dum me festina. Gloria pr̃i
Memento salutis auctor
q̃ nr̃i quondam corpo
ris exillibata uirgine nascendo
formã sumpseris. Maria
mater gracie mater mĩe tu nos
ab hoste protege in hora mortis
suscipe. Gloria tibi dñe q̃
natus es de uirgine cũ patre et
scõ spũ in sempiterna secula
Amen. añ In odore ps
Ad te leuaui oculos meos

qui habitas in celis Ecce si
cut oculi servorum i manibus
dñorum suorũ Sicut oculi
ancille in manibus dñe sue ita
oculi nr̃i ad dominum deum
nostrum donec misereatur nr̃i
Miserere nr̃i domine miserere
nr̃i quia multum repleti sumus
despectione Quia multum
repleta est anima nostra ob
probrium habundantibus
Et despectio superbis
Nisi quia dominus erat
in nobis dicat nunc israel nisi
quia dominus erat in nobis
Cũ exurgerent homines i
nos forte uiuos deglutissent

nos Cum irasceretur furor
eorũ in nos forsitan aqua ab
sorbuisset nos Torrentem
pertransiuit anima nr̃a forsitã
pertransisset anima nr̃a aquã
intollerabilem Benedictus
dominus qui non dedit nos in
captione dentibus eorũ Anima
nostra sicut passer erepta est de
laqueo venantiũ Laqueus
contritus est et nos liberati su
mus Adiutorium nostrum ĩ
noĩe dñi qui fecit celum et terrã
Qui confidunt in domino
sicut mons syon non cõ
mouebitur in eternũ qui habi
tat in ihrlm Montes in cir

circuitu eius et dn̄s in circuitu po
puli sui ex hoc nunc et usq; in se
culum Quia non relinquet
dn̄s uirgam pc̄torum super sor
tem iustorum ut non extendat
iusti ad iniquitatē manus su
as Benefac domine bonis
et rectis corde Declinantes
autē in obligationes adducet
dn̄s cum operantibus iniqui
tatem pax super israel Gla
an̄ In odore unguentor tuorū
currimus adolescentule dilexe
runt te nimis. *capit*
Et radicaui in populo
honorificato et ī partes dei mei
hereditas illius et in plenitudie

sanctorum detencio mea deo
gs ỽ Benedicta tu in mulieri
bus et benedictus fructus uen
tris tui kyrieleison xpisteleı
son kyriel' Domine exaudi.
Concede misericors deus
fragilitati nr̄e presidiũ
ut qui sancte dei genitricis ma
rie memoriã agimus intercel
sionis eius auxilio a nr̄is ini
quitatibus resurgamus per.
aña Sancti dei oẽs intercedere di
gnemini pro nr̄a omniumqz salute
ṽs letamini in dño et exultate
iusti et gl'iamini oẽs recti corde.
Exaudi nos deus saluta
ris nr̄ et apostolorũ tuo

rum petri et pauli et aliorum
aplorum nos tuere presidijs q̊
rum donasti fideles ee̅ doctrinis
Omnes sancti tui quesu
mus dn̄e nos ubiq; ad
iuuent ut dum eorum merita
recolimus p̄ocinia sentiamus
Et pacem tuam nr̄is con
cede temporibus et ab ec
clesia tua cunctam repelle ne
quiciam iter actus et volunta
tes nr̄as et omnium famulor
tuorum in salutis tue prosperi
tate dispone benefactoribus nos
tris sempiterna bona retribue et
omnibus fidelibus defunctis re
quiem eternā concede p dnm̄ .



Ad nonam.

Deus in adiuto
rium meum
intende domi
ne ad adiuuã
dum me festina. Gloria pri.
Memento salutis auctor q
nrĩ quondam corporis ex
illibata virgine nascendo formã
sumpseris. Maria mater grãe
mater mĩe tu nos ab hoste prote
ge in hora mortis suscipe. Gloria
tibi domine qui natus es de vir
gine cũ patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. ã. Ant. Pulcra
In convertendo dominus
captivitatem syon facti

ſumus ſicut conſolati Tunc
repletum eſt gaudio os nr̄m
et lingua nr̄a exultacione Tunc
dicent inter gentes magnifica
uit dominus facere cum eis .
Magnificauit dominus fa
cere nobiſcum fc̄i ſumus letan
tes Conuertere domine cap
tiuitatem noſtram ſicut torrens ī
auſtro Qui ſeminant in
lacrimis in exultacione metent
Euntes ibant et flebant mit
tentes ſemina ſua Venien
tes autē uenient cū exultacione
portantes manipulos ſuos .
Niſi dn̄s edificauerit do
mū inuanum labora

uerunt qui edificant eā. Ni
si dominus custodierit ciuitatē
frustra uigilat qui custodit eā.
Uanum ē uobis ante lucē
surgere surgite postq̄ sederitis
qui manducatis panem dolorꝰ.
Cum dederit dilectis suis sōp
num ecce hereditas domini filij
merces fructus uentris. Si
cut sagitte in manu potentis ita
filij excussorum. Beatus ui
qui impleuit desiderium suū
ex ipsis non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.
Beati omnes qui timent
dnm̄ qui ambulant ī
uijs eius. Labores manuū

tuarum quia manducabis be
atus es et bene tibi erit. Uxor
tua sicut uitis habundans in
lateribus domus tue. Fily
tui sicut nouelle oliuarum in cir
cuitu mense tue. Ecce sic bene
dicetur homo qui timet dñm.
Benedicat tibi dominus ex
syon et uideas bona ihrlm õmbz
diebus uite tue. Et uideas fi
lios filiorum tuorũ pacem sup
israel. Glã. añ. pulcra es et
decora filia iherusalem terribilis
ut castrorum acies ordinata.
In plateis sicut cynamo
mum et balsamum aro
matizans odorem dedi quasi

mirra electa dedi suauitatē odo
ris deo grās ℣ Post partum ũ
go inuiolata permansisti dei ge
nitrix intercede pro nobis kyrie
leison xp̄eleison kyriel' Oremus
Famulorum tuorum q̄s
domine delictis ignosce
ut qui tibi placere de actib; nr̄is
non ualemus genitricis filij
tui domini dei nr̄i intercessione
saluemur per ãn Sancti dei ō
nes intercedere sentiamus pro
nr̄a omniumq; salute ℣ Le
tamini in domino et exultate
iusti et gl'iamini oēs recti corde.
Presta quesumus omps
deus ut nullis nos per

mittas perturbacionibz concuti
quos in apostolice confessionis
O petra solidasti . Oracio
mnes sancti tui quesu
mus domine nos ubiqz adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia sentiamus .
E t pacem tuam nr̄is con
cede temporibus et ab ec
clesia tua cunctam repelle neq̄
tiam iter actus et uoluntates
nr̄as et omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperi
tate dispone benefactoribus nr̄is
sempiterna bona retribue et om̄i
bus fidelibus defunctis requiē
eternam concede per dominū .



ad uesperas.

Deus in adiuto
rium meū in
tende Dñe ad
adiuuandū
me festina. Glã. añ. Dum.
Dixit dominus dño meo
sede a dextris meis. Do
nec ponam inimicos tuos scabel
lum pedum tuorū. Virgam
uirtutis tue emittet dominus
ex syon dñare in medio inimi
corum tuorū. Tecum princi
pium in die uirtutis tue in sple
ndoribus sanctorum ex utero an
te luciferū genui te. Iurauit
dñs et non penitebit eū tu es sa

cerdos in eternum secundū ordi
nem melchisedech Dominus
a dextris tuis confregit in die ire
sue reges Iudicabit in nati
onibus implebit ruinas con
quassabit capita in terra multo
rum De torrente in via bibet
propterea exaltabit caput ant
Dum esset rex in accubitu suo
nardus mea dedit odorem sua
uitatis ant. Leua eius
Laudate pueri dominū
laudate nomen domini Sit
nomen dn̄i benedictum ex hoc
nunc et usq; in seculum A so
lis ortu usq; ad occasum lauda
bile nomen dn̄i Excelsus su

per omnes gentes dominus et su
per celos gloria eius Quis si
cut dominus deus nr̄ qui in altis
habitat et humilia respicit in
celo et in terra Suscitans a
terra inopem et de stercore erigẽs
pauperem Ut collocet eum
cum principibus cū principibꝫ
populi sui Qui habitare fa
cit sterilem in domo matrẽ fili
orum letantem Gloria an̄
Leua eius sub capite meo et dex
tera illius amplexabitur me.
an̄t Nygra sum ps
Letatus sum in hys que
dicta sunt michi in domum dñi
ibimus Stantes erant pedes

nr̄i in atrijs tuis iherusalem
Jhr̄lm que edificatur ut ci
uitas cuius participacio eius
in idipm̄ Illuc enim ascen
derunt tribus tribus domini
testimonium israel ad confitē
dum nomini dn̄i Quia il
lic sederunt sedes in iudicio sede'
super domum dauid Roga
te q̄ ad pacem sunt ihr̄lm et ha
bundancia diligentibus te.
Fiat pax in uirtute tua et
habundancia in turribus tui'
Propter fratres meos et pxi
mos meos loquebar pacem de
te Propter domum dn̄i dei
nr̄i quesiui bona tibi Gl'a

añ Nygra ſum ſed formoſa fi
lia iheruſalem ideo dilexit me
rex et introduxit me in cubicu
lum ſuum añt Iam. ps.
Niſi dominus edificaue
rit domũ invanum la
boraverunt qui edificant eam
Niſi dñs cuſtodierit civitatẽ
fruſtra vigilat qui cuſtodit eã
Vanum eſt vobis ante lucẽ
ſurgere ſurgite poſtquam ſede
ritis qui manducatis panem
doloris Cum dederit dilectis
ſuis ſompnum ecce hereditas
domini filij merces fructus uẽ
tris Sicut ſagitte ĩ manu
potentis ita filij excuſſorũ Ge

atus uir qui impleuit desiderium suum ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta Gl'a. **ant** Iam yemps transijt ymber abijt et recessit surge amica mea et ueni **ant** Speciosa. **ps**

Lauda ihrusalem dominum lauda deum tuum syon

Qm confortauit seras portarum tuarum benedixit filijs tuis in te

Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti saciat te

Qui emittit eloquium suum terre uelociter currit sermo eius

Qui dat niuem sicut lanam nebulam sicut cynerem spargit.

Mittit criſtallum ſuum ſicut
buccellas ante faciem frigoris
eius quis ſuſtinebit Emit
tet verbum ſuum et liqz faciet ea
flabit ſpus eius et fluent aque
Qui annunciat verbum ſu
um iacob iuſticias et iudicia
ſua iſrael Non fecit taliter o
ni nationi et iudicia ſua non
manifeſtauit eis Glia aut
Speciosa facta es et ſuauis in de
licijs tuis ſancta dei genitrix ca
Ab initio et ante ſecula cre
ata ſum et uſqz ad futu
rum ſeculum non deſinam et i
habitacione ſancta coram ipſo
miniſtraui Deo gras ymnus

Aue maris ſtella dei mr̄ al
ma atq3 ſemper uirgo fe
lix celi porta Sumens illud
aue gabrielis ore funda nos in
pace mutans nomē eue Sol
ue uincla reis profer lumē cecis
mala nr̄a pelle bona cuncta poſ
ce Monſtra te eſſe matrē ſu
mat per te precem qui pro nobis
natus tulit eē tuus Virgo
ſingularis inter oēs mitis nos
culpis ſolutos mites fac et caſ
tos Vitam preſta purā iter
para tutū ut uidentes ihesum
ſemper colletemur Sit laus
deo patri ſummo xp̄o decus ſpi
ritui ſancto trinus honor et

unius amen ℣ Diffuſa eſt
gracia in labiis tuis. propte
rea benedixit te deus in eternum
Añ Beata mater ca.
Magnificat anima mea
dñm Et exultauit ſpiritus
meus in deo ſalutari meo Quia
reſpexit humilitatē ancille ſue
ecce enim ex hoc beatam me dicent
oēs generationes Quia fecit
michi magna qui potens ē et
ſañ nomen eius Et mia
eius a progenie in progenies ti
mentibus eū Fecit potenciā
in brachio ſuo diſperſit ſupbos
mente cordis ſui Depoſuit
potentes de ſede et exaltauit hũ

les Eſurientes impleuit bo
nis et diuites dimiſit inanes
Suſcepit iſrael puerum ſuũ
recordatus mĩe ſue Sicut lo
cutus eſt ad patres nros abrahã
et ſemini eius in ſecula Glã
ant Beata mater et innupta ũ
go glorioſa regina mundi int
cede pro nobis ad dominũ ihe
ſum xpm kyrieleiſon xpriſtel
kyrieleiſon Domine exaudi
Et clamor meus Oremus orõ
Concede nos famulos tu
os queſumus domine
deus perpetua mentis et corporis
ſalute gaudere et glorioſa beate
marie ſemper uirginis intercel

sione a presenti liberari tristicia
et eterna perfrui leticia. Per cris
tum dominum nostrũ amen
añ Sancti dei omnes intercedere
dignemini pro nostra oĩmqꝫ
salute ℣s Letamini in domino
et exultate iusti Et gloriamini
omnes recti corde. oĩo.
Protege domine populũ
tuum et apostolorum tuorum
petri et pauli et aliorum aplo
rum patrocinio confidentem
perpetua defensione conserva
Omnes sancti tui que
sumus dñe nos ubiq;
adiuvent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia sentiamus

Et pacem tuam nr̄is con
cede temporibus et ab ec
clesia tua cunctam repelle neq̄
tiam iter actus et uoluntates
nr̄as et oīm famulorum tuor
um ſalutis tue proſperitate diſ
pone benefc̄oribus nr̄is ſempit'
na bona retribue et omnibus
fidelibus defunctis requiē eter
nam concede per dominū noſ
trum ihm̄ xp̄m filium tuum
qui tecum uiuit et regnat d's
per omnia ſecula ſeculorum
Amen.



Ad completo

Conuerte nos de-
us salutaris
nr̄ Et auerte
iram tuam a
nobis Deus in adiutoriu
meum intende Domine ad ad-
iuuandum me festīa Gla
Sepe expugnauerunt me
a iuuentute mea dicat
nunc israel Sepe expug-
nauerunt me a iuuentute me-
a etenī non potuerunt michi
Supra dorsum meū fabri-
cauerunt peccatores prolonga-
uerunt iniquitatem suam
Dn̄s iustus concidet ceru

ces peccatorum confundantur
et conuertantur retrorsum os
qui oderunt syon Fiant
sicut fenum tectorū q̄ priusq̄
euellatur exaruit De quo
non impleuit manum suam
qui metet et sinū suum qui
manipulos colliget Et
non dixerunt qui preteribant
benedictio dñi super nos bene
diximus uobis in noīe dñi
De profundis clamaui
ad te domine dñe exau
di uocē meam Fiant aures
tue intendentes in uocem depre
cationis mee Si iniquita
tes obseruaueris domine dñe

quis ſuſtinebit Quia apd̄
te propiciatio eſt et propter legē
tuam ſuſtinui te dn̄e Suſti
nuit anima mea in uerbo eius
ſperauit anima mea in dn̄o
A cuſtodia matutina uſq; ad
noctem ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum mīa
et copioſa apud eum redemptio
Et ipſe redimet iſrael ex omni
bus iniquitatibus eius Gl̄a
Domine non eſt exaltatū
cor meum neq; elati ſūt
oculi mei Neq; ambulaui
in magnis neq; in mirabilibus
ſuper me Si non humiliter
ſentiebam ſed exaltaui animā

meam Sicut ablactatum ē
ſuper matre ſua ita retributio
in anima mea Speret iſrael
in dño ex hoc nunc et uſqꝫ i ſclm
Memento ſalutis auctor
quod noſtri quondam
corporis exillibata uirgine naſ
cendo formā ſumpſeris Ma
ria mater gracie mater mie tu
nos ab hoſte protege in hora
mortis ſuſcipe Gloria tibi
domine qui natus es de uirgine
cum patre et ſancto ſpiritu in ſe
piterna ſecula amen Capitlm
Ego mater pulcre dilecti
onis et timoris et mag
nitudinis et ſancte ſpei deo gs

℣ Ora pro nobis sancta dei ge-
nitrix Ut digni efficiamur pro
missione xpisti aṅt Sub cant
Nunc dimittis seruum
tuum domine sedm
uerbū tuum in pace Qa
uiderunt oculi mei salutare tu-
um Quod parasti ante faciē
omn̄ populorum Lumen
ad reuelationem gentium et
gloriam plebis tue isrl' Gla
aṅt Sub tuum presidium con-
fugimus sancta dei genitrix
nr̄as deprecationes ne despici-
as in necessitatibus sed a pe-
riculis cunctis libera nos sem-
per uirgo benedicta. Kyrieleisō

xpeleiſon kyrieleiſon Domine exaudi Et clamor meus Orem⁹

Beate et glorioſe ſemper q̃s uirginis marie queſu mus domine interceſſio glorio ſa nos protegat et ad uitam per ducat eternam per xp̄m. ant.

Sancti dei omnes intercedere di gnemini pro noſtra omnium q̃ ſalute ℣s letamini in dn̄o et exultate iuſti Et gloriamini omnes recti corde. or̄o

Exaudi nos deus ſaluta ris nr̄ et apoſtolorum tuorum petri et pauli et aliorum apl'o rum nos tuere preſidijs quor donaſti fideles eſſe doctrinis or̄o

Omnes sancti tui quesu
mus dñe nos ubique ad
iuvent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia sentiamus
Et pacem tuam nostris
concede temporibus et
ab ecclesia tua cunctam repelle
nequitiam iter actus et volu
tates nr̃as et omnium famu
lorum tuorum in salutis tue
prosperitate dispone benefacto
ribus nr̃is sempiterna bona re
tribue et omnibus fidelibus
defunctis requiem eternã con
cede per dominum nostrum ihe
sum xp̃m filium tuum qui te
cum vivit et regnat deus per

omnia ſecula ſeculorum amen
Salue regina mi̅e uita
dulcedo et ſpes nr̅a ſalue
Ad te clamamus exules filij eue
Ad te ſuſpiramus gementes et
flentes in hac lacrimarū ualle
Eya ergo aduocata nr̅a illos tu
os miſericordes oculos ad nos
conuerte Et iheſum benedictū
fructum uentris tui nobis
poſt hoc exilium oſtende O cle
mens O pia O dulcis maria
℣ Aue maria gracia plena do
minus tecum benedicta tu in
mulieribus et benedictus fruc
tus uentris tui. Or̅o:
Omnipotens ſempiterne

Deus qui gloriose uirginis et
matris marie corpus et aiam
ut dignum filij tui habitacu
lum effici mereretur cooperante
spiritu sancto preparasti da ut
cuius cōmemoratione letam
eius pia intercessione ab instan
tibus malis et a morte perpetua
atq; subitanea liberemur per
xpm dominum nrm Amen.



Incipit officium de aduentu. vs

Deus in adiuto
rium meũ in
tende Domine
ad adiuuan
dum me festina Gl'a aña
Missus est gabriel angelus ad
mariam uirginem desponsatã
ioseph Dixit dominus. aña
Aue maria gratia plena dñs te
cum benedicta tu in mulieribz
Laudate pueri aña Ne time
as maria inuenisti graciam
apud dominũ ecce concipies ⁊
paries filium all'a Letatus.
aña Dabit ei dominus sedem da
uid patris eius et regnabit in eo

mo iacob in eternum Rili
dñs añt Ecce ancilla dñi fiat
michi secundum uerbum tu
um Lauda ihrlm . cap.
Egredietur uirga de radi
ce yesse et flos de radice
eius ascendet et requiescet sup
eum spũs domini deo gr̃s ps
et vs ut in alio officio . ã . Sp̃s
sanctus in te descendet maria
ne timeas habens in utero fili
um dei allã Magnificat .
Ista añ . dicitur ad magnificat
ad bened' et ad nunc dimittis .
Deus qui de bte marie . ã Ecce
dñs ueniet et oẽs sci eius cũ eo et
erit in die illa lux magna allã .

v̄s Ecce apparebit dn̄s super nubem candidam Et cum eo scōrum milia Orem Conscientias nr̄as qs domine uisitando purifica ut ueniens ihesus xp̄s filius tu us dn̄s nr̄ cum omnibus scīs paratam sibi in nobis inueniat mansionē Qui uiuis. ad cō pletoriū. psalmi et v̄s ut i aliō offitio. cap. Ecce uirgo cōci piet et pariet filiū et uocabitur nomen eius emanuel butirū et mel comedet ut sciat reproba re malū et eligere bonū Deo g̃s v̄ Angelus dn̄i nuntiauit marie Et concepit de spū scō

Nunc dimittis an̄ Sp̄s scūs.
Oro et an̄. ut in alio officio. Ad
matutinas Inuitatoriū. p̄s
p̄s an̄t psalmi cū absolutione et
benedictione ut in alio officio
non mutatur. usq; ad lectiones
preter an̄ noui psalmi scilicet.
post p̄cum loco cuius dicitur hec
an̄ Angelus dn̄i nunciauit ma
rie Et concepit de spiritu scō. R̄ Mi
Missus ē angelus gabri
el a deo in ciuitatem ga
lilee cui nomen nazareth ad u
ginem desponsatā uiro cui no
men erat ioseph de domo dauid
et nomen uirginis maria Et i
gressus angelus ad eam dixit.

Aue gratia plena dn̄s tecum
benedicta tu in mulierib; Tu
autē ℟ Missus est gabriel ā
gelus ad mariā uirginem despō
satam ioseph nuntians ei uer
bum et expauescit uirgo de lumīe
ne timeas maria inuenisti gra
tiam apud dn̄m Ecce concipies
et paries et uocabitur altissimi
filius ℣ Dabit ei dominus deus
sedem dauid patris eius et reg
nabit in domo iacob in eternū
Ecce concipies . lcō . iij.
Que cū audisset turbata
ē in sermone eius et cogitabat
qualis esset ista salutacio . et ait
angelus ei Ne timeas maria in

ueniſti enī graciam apud de
um Ecce concipies in utero et
paries filiū et uocabis nomē
eius ihm̄ hic erit magnus et fi
lius altiſſimi uocabitur Et
dabit illi dominus deus ſedē
dauid patris eius et regnabit
in domo iacob ineternū et regnū
eius non erit finis Tu autē ℟.
Aue maria gratia plena dn̄s
tecū Spiritus ſanctus ſuperue
niet in te et uirtus altiſſimi o
bumbrabit tibi quod enī ex te
naſcetur ſcm̄ uocabitur filius
dei ℣. Quomodo fiet iſtud qm̄
uirū non cognoſco et reſpon
dens angelus dixit ei Sp̄s ſcs̄.

Dixit autem maria ad ã
gelum Quomodo fiet
iſtud quia uirũ non cognoſco
et reſpondens angelus dixit ei
Spiritus ſanctus ſuperueniet
in te et uirtus altiſſimi obum
brabit tibi Ideoqz et quod naſce
tur ex te ſcm̃ uocabitur filius dei
Et ecce elizabeth cognata tua et
ipſa concepit filium in ſenectu
te ſua Et hic menſis ẽ ſextus
illi q̃ uocatur ſterilis quia nõ
erit impoſſibile apud deum õe
uerbum Dixit autẽ maria Ec
ce ancilla domini fiat michi
ſecundum uerbũ tuum Tu aũ
℟ Suſcipe uerbũ uirgo ma

na quod tibi a domino per an
gelum transmissu͂ est conci
pies et paries deum pariter et
hominem Ut benedicta dicaris
inter o͂s mulieres ℣s paries
quidem filium et uirginitati͂s
non pacieris detrimentu͂ efficie
ris grauida et eris mater semp͂
intacta Ut benedicta Gl͂a
patri Ut benedicta In laudib͂
an͂t Missus Dn͂s regnauit
an͂t Aue maria Jubilate
an͂ Ne timeas Deus d͂s m͂s
an͂ Dabit ei Benedicite
Ecce ancilla Laudate dn͂ ca͂p
Egredietur uirga ℣ O glo
sa ℣ Benedicta tu an͂ Sp͂s can͂

Benedictus oro Deus
qui de beate uts. ad primam ã
Missus ē cap Ecce uirgo cō
cipiet. terciam ã Aue maria.
Egredietur uirga V Diff
ad sextam ã Ne timeas. cap
Dabit ei dominus deus
sedem dauid patris ei
et regnabit in domo iacob in
eternũ et regni eius non erit
finis Deo grãs. ad nonam ã
Ecce ancilla cp Ecce uirgo
concipiet. Uespe et completoꝛ
uts. a festo natiuitatis dñi
usq̃ ad festum purificationis
oĩa dicuntur sicut in aduentũ
exceptũ oro Deus qui salut

loco cuius oro Deus q̄
de beate marie. que dicuntur
ad oēs horas diei et dr̄r añt
que sequuntur ſuper pſalmos
laudibus et ueſpris et per oīb;
horis añt O admirabile cō
merciū creator generis huma
ni animatū corpus ſumens
de uirgine naſci dignatus ē
et procedens homo ſine ſemine
largitus ē nobis ſuam deita
tem añt Quando natus es ī
effabiliter de uirgine tunc ī
plete ſunt ſcripture ſicut plu
uia in uellus deſcendiſti ut
ſaluū faceres genus huma
nū te laudamus deus nr̄.

aū Rubum quem viderat
moyses incombustū conser
uatam agnouimus tuam
laudabilem uirginitatē dei
genitrix intercede pro nobis
aū Germinauit radix yesse or
ta ē stella ex iacob uirgo pepe
rit saluatorē te laudamus d̄s
noster aūt Ecce maria genuit
nobis saluatorem quem io
hannes videns exclamauit
dicens ecce agnus dei ecce qui
tollit pc̄ta mundi all'a ad be
nedictus aū Mirabile miste
rium declaratur hodie inno
uantur nature deus homo
fc̄s est quid quod fuit pmāś

ſit et quod non erat aſſump
ſit non cōmiſſionem paſſus
neq; diuiſionem. Ad magni
ficat ad nunc dimittis añ.
Magnū hereditatis miſteriū
templum dei factus ē uterus
neſciens uirū non ē pollutus
ex ea carnem aſſumens om̄es
gentes uenient dicentes gloria
tibi domine. Item a feſto paſche
uſq; ad aſcenſionem domini
ad magnificat ad nunc dimit
tis et ad benedictus añ. Regina
celi letare alleluya Quia quē
meruiſti portare all'a Reſurrex
it ſicut dixit all'a Ora pro nobis
deum alleluya all'a.

Ad beatam uirginem mariã.



Obſecro te
domina
ſancta
maria
mater
dei pietã
te pleniſ
ſima ſũ
mi regis filia mater glorioſiſſi
ma mater orphanorum conſo
latio deſolatorum uia erranti
um ſalus et ſpes in te ſperanti
um. uirgo ante partum uir
go in partu et uirgo poſt partũ
fons mĩe fons ſalutis et gratie
fons pietatis et letitie fons con

ſolationis et indulgencie per
illam ſanctā ineſtimabilem
leticiam qua exultauit ſpūs
tuus in illa hora qn̄ tibi per
gabrielem archangelum an
nunciatus et conceptus filius
dei fuit Et per illud diuinū miſ
terium quod tunc operatus ē
ſpiritus ſanctus in te Et per illā
ſanctam ineſtimabilem pietatē
graciam mīam amorem et hūi
litatem per quas filius dei deſcen
dit accipere humanā carnem ī
uenerabiliſſimo utero tuo et ī
quibꝫ te reſpexit qn̄ te cōmenda
uit ſcō iohanni apoſtolo et eu
uangeliſte Et qn̄ te exaltauit ſu

per choros angelorũ Et per illã
ſanctam ineſtimabilem hũ
militatem in qua reſpondiſti ar
changelo gabrieli Ecce ancilla
domini fiat michi ſecundũ uer
bum tuum. et per illa ſcĩſſima
quindecĩ gaudia que habuiſ
ti de filio tuo domino nr̃o ihũ
xp̃o. et per illam ſcãm maximã
compaſſionẽ et acerbiſſimum
cordis dolorem quem habuiſti
qñ filium tuum dñm noſtrum
ihm̃ xp̃m ante crucẽ nudatũ et
in ipa leuatum pendentẽ cruci
fixum uulneratum ſitientem
hely clamantẽ audiſti et moriẽ
tem uidiſti. et per quinqȝ uul

neca filij tui et per contractio
nem uiſcerum ſuorũ pre nimi
o dolore uulnerum . et per dolo
rem quem habuiſti qñ uidiſti
eum uulnerari . et per fontes ſã
guinis ſui et omnem paſſionẽ
eius . et per omnem dolorẽ cordis
tui Et per fontes lacrimarũ tu
arum ut cum omnibus ſcis et
electis dei uenu et feſtina in aux
ilium et conſilium meũ in oĩbz
oronibus meis et requeſtis me
is et in omnibus anguſtijs et
neceſſitatibus meis Et in õnibus
rebus illis in quibus ego ſum
facturus locuturus aut cogita
turus õnibz diebz ac noctibus

horis atq; momentis uite mee
Et michi famulo tuo impetres
a dilecto filio tuo complemen
tum omni mīa et conſolacione
omni conſilio omni auxilio et
ōni adiutorio omni benedictiōe
et ſanctificacione omni ſaluati
one pace et proſperitate ōi gaudio
et alacritate Eciam habundanti
am oīm bonorum ſpiritualiū et
corporalium et graciam ſpiritus
ſancti qui me bene per omnia
diſponat animā meā cuſtodiat
corpus meum regat mentes eri
gat ſenſus dirigat mores compo
nat actus probet uota et deſideri
a mea perficiat. cogitaciones

ſanctitas inſtituat preterita ma
la indulgeat preſentia emendet
futura moderetur . uitã honeſtã
et honorabilem michi tribuat
et uictoriam contra oĩes adũ
ſitates huius mundi beatã pacẽ
ſpũalem et corporalem michi tri
buat bonam ſpem caritatem fidẽ
caſtitatem humilitatẽ et patien
tiam Quinqȝ ſenſus corporis
mei regat et protegat . ſeptẽ ope
ra nĩe complere me faciat duo
decim articulos fidei decẽ precep
ta legis firmiter credere et tenere
me faciat Et a ſeptem pc̃is morta
libus me liberet et defendat uſqȝ ĩ
finem uite mee . et innouiſſimiˢ

diebus meis ostende michi faciē
tuam et annunties michi diē et
horam obitus mei. et hanc oro
nem meā supplicem suscipias et
exaudias et uitam eternā michi
tribuas audi et exaudi me dul
cissima maria mater dei et mise
ricordie Amen. Oratio.
O Intemerata et ineternū
benedicta singularis et incompa
rabilis uirgo dei genitrix maria
gratissimum dei templum sp̄s
sancti sacrarium Janua regni
celorum per quā post deū totus
uiuit orbis terrarum inclina mī
mē aures tue pietatis indignus
supplicationibus meis et esto

michi miſerrimo pc̄oꝝ pia ĩ
omnibus auxiliatrix . o iohã
nes beatiſſime xpi familiaris
amice qui ab eodem domino no
ſtro ihū xpō uirgo es electus et ĩ
ter ceteros magis dilectus atqꝫ
miſterijs celeſtibus ultra om̄es
imbutus apoſtolus eius et euuã
geliſta factus es preclariſſimus
Te etiam inuoco cū maria mr̄e
eiuſdem ſaluatoris nr̄i ut michi
opem tuam cū ipſa conferre dig
neris . o due gemme celeſtes ma
ria et iohannes . o duo lumina
ria diuinitus ante deū lucencia
ueſtris radijs ſcelerum meorū
effugate nubila . uos enī eſtis

illi duo in quibus deus pater fi
lium ſuum ſpecialiter edifica
uit ſibi domum . et in quibꝫ ip
ſe filius dei ob ſinceriſſime uir
ginitatis meritum dilectionis
ſue confirmauit priuilegiū in
cruce pendens uni ur̄m ita dicens
Mulier ecce filius tuus . De inde
dixiſti diſcipulo . ecce mater tua
In huius ergo tam potentiſſi
mam ur̄e dignitatis amoris
dulcedine qua tunc ore dñico
uelut mater et filius adinuicē
coniuncti eſtis uobis duobus .
ego miſerrimus pc̄oꝛ cōmendo
hodie corpus meum et animā
meā ut in omnibus horis atqꝫ

momentis uite mee intus et ex
terius firmi cuſtodes et pij apd
deum interceſſores michi exiſte
re dignemini. credo enī firmiter
et indubitanter fateor quia uel
le ueſtrum uelle dei ē et nolle ue
ſtrum nolle dei eſt. unde et quic
quid ab illo petitis ſine mora
optinetis per hanc ergo tam po
tentiſſimam ueſtre dignitatis
uirtutem poſcite queſo michi
pctori corporis et anime ſalutē
agite queſo agite uris ſacris
oronibus ut cor meū inuiſe
re et inhabitare dignetur ſpūs
almus graciarū largitor opti
mus qui me a cunctis uiciorū

ſordibus expurget virtutibus
ſacris illuſtret et exornet in dilec
tione dei et proximi perfecte ſtare
et perſeuerare me faciat. et poſt
huius vite curſū ad gaudia me
ducat electorum ſuorum benig
niſſimus paraclitus Qui cum
patre et filio coeternus et cō ſub
ſtancialis cum eis et ī eis viuit
et regnat omnipotens deus in
ſecula ſeculorum Amen

De sancta trinitate. antipho.

Libera nos salua
nos uiuifica nos
o beata trinitas.
Vs Sit nomen domini bene
dictum Ex hoc nunc et usqz in
seculum Oremus. Oratio:
Omnipotens sempiter-
ne deus qui dedisti no
bis famulis tuis in confessio
ne uere fidei eterne trinitatis
gloriam agnoscere et in poten
cia maiestatis adorare unita
tem quesumus ut eiusdem fi
dei firmitate ab omnibus se
per muniamur aduersis Per
eundem xpm dnm nostrum.

De ſancto michaele. antiphō

Michael archangele
ueni in adiuto
rium populo dei

℣ Ora pro nobis beate micha
el archangele Ut digni effici
amur promiſſione xpiſti.

Beati archangeli tui
michaelis interceſſio
ne ſuffulti ſupplices te domi
ne deprecamur ut quod hono
re proſequimur contingam(us)
et mente per xpm.

De ſancto iohanne baptiſta.

Inter natos mulie
rum non ſurrexit
maior iohanne bap

tiſta. ℣s Fuit homo miſſus
a deo Cui nomen erat iohẽs
Perpetuis nos queſu
mus domine ſancti
iohannis baptiſte tuere pre
ſidijs . et quanto fragiliores
ſumus tanto magis neceſ
ſarijs attolle ſuffragijs per
xpiſtum dominum nrm
De ſancto iohanne euuangel'
Iohannes apoſtole
et euuangeliſta
uirgo et electus
a deo atq3 inter ceteros ma
gis dilectus. ℣s Valde hono
randus eſt beatus iohannes
euuangeliſta Qui ſupra pec

tus domini i cena recubuit.

Ecclesiam tuam que sumus domine be nignus illustra ut beati io hannis apostoli tui et euuã geliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiter na per xpristum dominũ nr̃m amen.

De sancto petro et paulo. añt

Petrus apostolus et paulus doctor gentium ipi nos docuerunt legem tuam do mine. Vs In omnem terram exiuit sonus eorum Et in fi nes orbis terre uerba eorum.

Deus cuius dextera be
atum petrum apos
tolum tuum ambulantem
in fluctibꝫ ne mergeretur ere
xit . et coapostolum eius pau
lum tercio naufragantem de
profundo pelagi liberauit . ex
audi nos propicius et conce
de ut amborū meritis eterni
tatis gloriam consequamur
per xp̄m dn̄m .

De sancto iacobo apostolo an̄

Apostolus xp̄isti
iacobus per sina
gogam progredi
ens eradicando superstitionē
demonum fallacem . ihesu

dominum predicabat fidem ℣.
Ora pro nobis beate iacobe
Ut digni efficiamur promis
sione xpisti Oremus . oro :
Protege domine popu
lum tuum et apostoli
tui iacobi patrocinio confi
dentem perpetua protectione
conserua per xpistum dnm
nostrum amen .
De sancto xpistofore . ant .
Martir xpofore pro
saluatoris hono
re . fac nos mente
fore dignos pietatis amo
re . promisso xpi quia que pe
tis obtinuisti . da populo tris

ti bona que moriendo petiſti.
confer ſolamen et mentis tol
le grauamen. iudicis exa
men fac mite ſit omnibus
amen. ℟ Gloria et honore
coronaſti eum domine Et cō
ſtituiſti eum ſuper opera ma
nuum tuarum. Oremus.
Concede queſumus
omnipotens deus
ut qui beati xpōfori martiris
tui memoriam agimus eius
piis meritis et interceſſioni
bus a morte ſubitanea peſ
te fame timore et paupertate
ac ab omnibus inſidiis ini
micorum nr̄orum liberemur

pter te ihesu xpē ſaluatoꝛ mun
di quem ipſe meruit in hume
ris ſuis portare Qui cum
patre et ſpiritu ſcō viuis &c.

De ſancto anthonio . añt .

Vox de celo facta eſt
anthonio qm̄ vi
riliter dimicaſti
ecce ego tecum ſum et et faciā
te in toto orbe nominari . ℣s
Ora pro nobis beate anthoni
Vt digni efficiamur promiſ
ſione xpiſti Oremus orō :

Deus qui concedis ob
tentu beati anthonij
confeſſoris tui moꝛbidū ig
nem extingui . et mentis e

gnis refrigeria prestari. fac
nos propicius ipsius meritis
et precibus a iehenne ignis
incendijs liberari per xp̄m do
minum nr̄m amen.

De sancto adriane. Antiphona

O martir xp̄i adri
ane qui credendo
meruisti fieri q̄
plurium possessor premiorum
tu pro nobis pater pie roga
regem uerum ut post hec exi
lia det nobis uera gaudia
Vs. Ora pro nobis beate adri
ane ut digni efficiamur pro
missione xpisti. Oro
Deus qui beatum adri

anum socios q; suos multi
plici martirio decorasti da
quesumus ut sicut ipsis in
terra passio profuit ad uitã
sempiternam ita eorum in
tercessio nobis ad eternam
proficiat salutem per xpm
dominum nrm amen.

De sancto nycholao. añt

Beatus nychola
us adhuc pue
rulus multo
ieiunio macerabat corpus
Vs Ora pro nobis beate pr
nycholao Ut digni efficiam
promissione xpisti.
Deus qui beatũ nycho

laum pontificem tuum in
numeris decorasti miracu
lis tribue nobis quesum
ut eius meritis et precibus
a iehenne incendiys libere
mur per xpm dominum
nrm amen.

De sancta katherina . ant .

Virgo sancta ca
therina grecie
gemma urbe a
lexandrina costi regis erat
filia. Vs. Ora pro nobis scã
catherina Ut digni efficia
mur promissione xpristi.

Omnipotens sempiter
ne deus qui gloriose

uirginis et martiris tue ka
therine corpus in monte ſy
nay ab angelis deferri iuſſiſ
ti. concede propitius ut eius ob
tentu nos ad arcem uirtutū
prouehi mereamur et eterne
claritatis tue uiſionem ſem
per intueri per xp̄m dominū
nr̄m amen.

De ſancta barbara. antiphona

O pulcra precipu
um roſa dans o
dorem. florens ī
perpetuum ante creatorem.
concupiuit ſpeciem tuam rex
celorum. perduc nos ad requi
em barbara ſcōrum. V̄s Ora

pro nobis beata barbara Ut
digni effitiamur promissioē
Xpristi Oremus ōro
Intercessio domine q̄
sumus beate barbare virgi
nis et martiris tue glorio
sa nos protegat ut per eius
interuentum . gloriosissimi
corporis et sanguinis domi
ni nostri ihesu xp̄i sacramen
tum ante uite nostre exitum
cum uera fide et pura confes
sione accipere mereamur P .
De sancta margareta . añt .
Erat autem marga
reta annorum quī
decim cum ab im

pro olibano traderetur in car
cerem. Vs. Specie tua et pul
critudine tua. intende pros
pere procede et regna Oremus
Deus qui beatã mar
garetam uirginẽ
ad celos per palmam mar
tirij uenire fecisti. tribue
quesumus ut eius exem
pla sequentes ad te pertinge
re mereamur per xp̄m do
minũ nr̄m amen
De sancta appollonia. añt
Uirgo xpisti egre
gia pro nobis
appollonia fun
de preces ad dominũ ne pro

reatu criminũ uexem᷒ mor
bo dentium ℣ Ora pro no
bis beate uirgo appollonia
Ut digni efficiamur promiſ
ſione xp̄i Oremus
Omnipotens ſempiter
ne deus ſpes et corona oĩm ti
bi fideliter ſeruientium qui
beatam appoloniã uirginẽ
et martirem tuã excuſſione
dentium pro tui nominis a
more paſſam in celeſtibꝫ co
ronaſti. tribue queſumus
memoriam eius colentibꝫ
perpetua pace gaudere et a pe
riculis anime et corporis libe
rari Per xpiſtum dominũ

nostrum Amen



Incipiunt ſeptem pſalmi peni
tenc. ant. Ne reminiſcaris ps

Domine ne in
furore tuo ar
guas me ne
q3 in ira tua
corripias me
Miſerere mei domine qm̄ in
firmus ſum ſana me domine
qm̄ conturbata ſunt oſſa mea
Et anima mea turbata eſt
valde ſed tu domine uſqʒquo
Convertere domine et eripe
aīam meam ſaluum me fac
propter miam tuam Qm̄
non eſt in morte qui memor ſit
tui in inferno autem quis con

fitebitur tibi Laboraui in
gemitu meo lauabo per singu
las noctes lectũ meum lacrimis
meis stratum meum rigabo
Turbatus ẽ a furore oculus
meus inueteraui inter oẽs ini
micos meos Discedite a me
oẽs qui operamini iniquitatẽ
qm̃ exaudiuit dñs uocem fle
tus mei Exaudiuit dñs
deprecatione meam dñs orati
onem meã suscepit Erubes
cant et conturbentur uehement̃
oẽs inimici mei conuertantur
et erubescant ualde uelociter
Beati quorũ remisse sunt
iniquitates et quorum

tecta sunt pc̄ca. Beatus uir
cui non imputauit dn̄s pc̄m
nec est in spiritu eius dolus.
Qm̄ tacui inueterauerūt ossa
mea dum clamarem tota die
Qm̄ die ac nocte grauata est
super me manus tua cōuersus
sum in erumpna mea dū confi
gitur spina. Delictū meū
cognitum tibi feci et iniusticiā
meā non abscondi. Dixi
confitebor aduersū me iniu
sticiā meam dn̄o et tu remisisti
impietatem pc̄i mei. Pro
hac orabit ad te omnis scūs in
tempore oportuno. Verumptamen in diluuio aquarum

multarum ad eũ non approxi
mabunt Tu es refugium
meum a tribulacione que cir
cumdedit me exultacio mea erue
me a circumdantibꝫ me In
tellectum tibi dabo et inſtruã te
in via hac qua gradieris fir
mabo ſuper te oculos meos
Nolite fieri ſicut equus et mu
lus quibus non eſt intellectus
In chamo et freno maxillas
eorũ conſtringe qui nõ approxi
mant ad te Multa flagella
peccatoris ſperantem autem in
dño mia circumdabit Leta
mini in domino et exultate iuſ
ti et gloriamini ōs recti corde.

Domine ne in furore tuo
arguas me neq; in ira
tua corripias me Qm̄ sa
gitte tue infixe sunt michi et
confirmasti super me manū
tuam Non est sanitas in
carne mea a facie ire tue non ē
pax ossibus meis a facie pc̄tor
meorum Qm̄ iniquitates
mee supergresse sunt caput me
um et sicut onus graue graua
te sunt super me Putruerūt
et corrupte sunt cycatrices mee
a facie insipiencie mee Mi
ser factus sum et curuatus sum
usq; in finem tota die contrista
tus ingrediebar Qm̄ lum

bi mei impleti sunt illusioni
bus et non est sanitas ĩ carne
mea Afflictus sum et hu̅i
liatus sum nimis rugiebam
a gemitu cordis mei Dñe
ante te omne desideriu̅ meum
et gemitus meus a te non est
absconditus Cor meum
conturbatu̅ est dereliquit me
uirtus mea et lumen oculor
meorum et ip̅m non ē mecu̅
Amici mei et proximi mei
aduersum me appropinqua
uerunt et steterunt Et q̅
iuxta me erant de longe stete
runt et ui̅ faciebant qui quere
bant aĩam meā Et qui ĩ

querebant mala michi locuti
ſunt vanitates et dolos tota die
meditabantur. Ego autē
tanquam ſurdus non audie
bam et ſicut mutus nō aperiēs
os ſuum. Et fc̄s ſum ſicut
homo non audiens et non ha
bens in ore ſuo redargutiones
Qm̄ in te domine ſperaui tu
exaudies me domine d̄s meus
Quia dixi nequando ſuper
gaudeant michi inimici mei et
dum cōmouentur pedes mei
ſuper me magna locuti ſunt.
Qm̄ ego in flagella paratus
ſum et dolor meus in conſpectu
meo ſemp̄. Qm̄ iniquitatē

meam annuntiabo et cogitabo
pro pcc̃o meo Inimici autẽ
mei uiuunt et confirmati ſũt
ſuper me et multiplicati ſunt
qui oderunt me iniq̃ Qui re
tribuunt mala pro bonis detra
hebant michi quoniã ſequebar
bonitatẽ Ne derelinquas me
domine deus meus ne diſceſſeris
a me Intende in adiutorium
meum domine ds̃ ſalutis mee.
Miſerere mei deus ſecundũ
magnam m̃iam tuam
Et ſc̃dm multitudinẽ miſera
tionum tuarum dele iniquitatẽ
meã Amplius laua me ab
iniquitate mea et a pcc̃o meo

munda me. Qm iniquitatē
meam ego cognoſco et peccatū
meū contra me eſt ſemp. Ti
bi ſoli peccaui et malum corā te
feci ut iuſtificeris in ſermonibȝ
tuis et uincas cū iudicaris. Ec
ce enī in iniquitatibȝ conceptus
ſum et in peccatis concepit me
mater mea. Ecce enim ueri
tatem dilexiſti incerta et occul
ta ſapientie tue manifeſtaſti
michi. Aſperges me domīe
yſopo et mundabor lauabis me
et ſuper niuem dealbabor. Au
ditui meo dabis gaudium et le
ticiā et exultabunt oſſa humilia
ta. Auerte faciem tuam a

peccatis meis et omnes iniqui
tates meas dele. Cor mun
dum crea in me deus et ſpiritum
rectum innoua in uiſceribus
meis. Ne proicias me a facie
tua et ſpiritum ſanctum tuum ne
auferas a me. Redde michi
leticiam ſalutaris tui et ſpiri
tu principali confirma me.
Docebo iniquos uias tuas
et impii ad te conuertentur. Li
bera me de ſanguinibus deus de
us ſalutis mee et exultabit lin
gua mea iuſticiam tuam. Do
mine labia mea aperies et os
meum annunciabit laudem tu
am. Quoniam ſi uoluiſſes ſacrifi

tuum dediſſem utiqꝫ holocauſ
tis non delectaberis Sacrifi
cium deo ſpūs contribulatus
cor contritum et hūiliatum ds̄
non deſpicies Benigne fac
domine in bona voluntate tua
ſyon ut edificentur muri iheru
ſalem Tunc acceptabis ſa
crificium iuſticie oblaciones et
holocauſta tunc imponent ſu
per altare tuum vitulos Gła
Domine exaudi oronem
meam et clamor meus
ad te veniat Non avertas
faciem tuā a me in quacumqꝫ
die tribulor inclina ad me au
rem tuā In quacumqꝫ die i

uocauero te uelociter exaudi
me Quia defecerunt ſicut
fumus dies mei et oſſa mea ſi
cut cremiũ aruerunt Per
cuſſus ſum ut fenum et aruit
cor meum quia oblitus ſum co
medere panem meũ A uoce
gemitus mei adheſit os meũ
carni mee Similis fcũs
ſum pellicano ſolitudinis fcũs
ſum ſicut nicticorax in domici
lio Vigilaui et factus ſum
ſicut paſſer ſolitarius in tecto
Tota die exprobrabant michi
inimici mei et qui laudabant
me aduerſum me iurabant
Quia cinerẽ tanquã panẽ

manducabam et potum meũ
cũ fletu miscebam A facie
ire indignationis tue quia ele
uans allisisti me Dies mei
sicut umbra declinauerunt et
ego sicut fenũ arui Tu
autem domine in eternum per
manes et memoriale tuum ĩ
generatione et generationem
Tu exurgens dñe misereb
ris syon quia tempus miserẽ
di eius quia uenit tempus.
Qm̃ placuerunt seruis tuis
lapides eius et terre eius mise
rebuntur Et timebunt gẽ
tes nomen tuũ domine et oẽs
reges terre gl̃am tuam Qa

edificauit dñs ſyon et uidebit
in glã ſua Reſpexit in oro
nem humilium et nõ ſpreuit
precem eorum Scribantur hec
in generatione altera et popu
lus qui creabitur laudabit
dñm Quia proſpexit de excel
ſo ſancto ſuo dominus de celo ĩ
terrã aſpexit Ut audiret ge
mitus compeditorum ut ſolueret
filios interemptorũ Ut an
nuncient in ſyon nomen dñi
et laudem eius in ihrlm In
conueniendo populos in unũ
et reges ut ſeruiant domino
Reſpondit ei ĩ uia uirtutis
ſue paucitatem dierũ meorũ

nuntia michi. Ne reuoces
me in dimidio dierum meorum in
generatione et generationē an
ni tui. Initio tu domine terrā
fundasti et opera manuū tuarum
sunt celi. Ipsi peribunt tu
autē permanes et omēs sicut
uestimentū ueterascēt. Et
sicut opertoriū mutabis eos et
mutabuntur tu autē idem ipse
es et āni tui non deficiēt. Fi
lii seruorum tuorū habitabunt
et semen eorum in sclm dirigetur
De profundis clamaui
ad te dn̄e dn̄e exaudi uo
cem meā. Fiant aures tue ī
tendentes in uocē deprecationis

mee Si iniquitates obſerua
ueris dñe domine quis ſuſtine
bit Quia apud te propiciati
o ē et propter legem tuam ſuſti
nui te domine Suſtinuit
anima mea in uerbo eius ſpera
uit aīa mea in dño A cuſto
dia matutina uſqꝫ ad noctem
ſperet iſrael in domino Quia
apud dominum mīa et copio
ſa apud eum redempcio Et
ipſe redimet iſrael ex omnibus
iniquitatibus eius
Domine exaudi orōnem
meā auribus percipe obſecratio
nem meā in ueritate tua exau
di me in tua iuſticia Et nō

intres in iudicium cū seruo tuo
quia non iustificabitur in cō
spectu tuo oīs uiuens Quia
persecutus est inimicus animā
meam humiliauit in terra uitā
meā Collocauit me in ob
scuris sicut mortuos seculi et āx
iatus est super me spūs meus in
me turbatum ē cor meū Me
mor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus
operibus tuis in factīs manuū
tuarum meditabar Expan
di manus meas ad te aīa mea
sicut terra sine aqua tibi Ve
lociter exaudi me domine defe
cit sps meus Non auertas

faciem tuã a me et similis ero
descendentibꝫ in lacũ. Audi
tam fac michi mane m̄iam tu
am quia in te speraui. Notã
fac michi uiã in qua ambulẽ
quia ad te leuaui aĩam meã
Eripe me de inimicis meis
dñe ad te confugi doce me facere
uoluntatem tuam quia deus
meus es tu. Spũs tuus bo
nus deducet me in terram rectã
propter nomen tuum dñe ui
uificabis me in equitate tua
Educes de tribulacione ani
mã meam et in mĩa tua disp
des oẽs inimicos meos. Et
perdes omnes qui tribulant

animam meã qm̃ ego seruus
tuus sum Gloria añ Ne
reminiscaris domine delicta
nr̃a uel parentum nr̃oꝝ neqꝫ
uindictam sumas de peccatis
nr̃is Incipit letania
Kyrieleison Xpiste
leison Kyrieleison Xpe
audi nos Xpe exaudi nos
Pater de celis deus miserere
nobis Fili redemptor mũ
di deus miserere nobis Xps
sancte deus miserere nobis .
Sancta trinitas unus deus
miserere nobis .
Sancta maria or
Scã dei genitrix or

Scā uirgo uirginum or
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sancti angeli
Et archangeli or
Omnes sancti beatorum
spirituum ordines or
Scē iohannes baptista or
Omnes sancti patriarche
Et prophete. or
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte iohannes or
Sancte thoma or

Sancte iacobe or
Sancte philippe or
Sancte bartolomee or
Sancte mathee or
